



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 1. Non dimittitur peccatum, nisi restituantur ablatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

PRINCIPIUM I.

Non dimittitur peccatum, nisi restituatur oblatum.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis advertit obligationem suam in rem bona vel mala fide ablatam restituendam, & tamen potest, restituere negligit, non poterit sperare veniam peccati, quod ex injusta acceptione, vel detentione contraxit, nec obligationi suæ satisfaciatur, nisi hæc satisfactio omnino impossibilis sit facta, aut alia legitima causa a restitutione facienda excuset.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 4. Item ex C. Si res. 14. q. 6. & c. Cùm tu. 5. de Usuris. illudque Castellanus & Dynus explicant cum communi Theologorum.

Ratio.

Quia peccatum non dimittitur sine pœnitentiâ; hanc autem elicere non potest, qui non vult obligationi suæ satisfacere; hoc ipso enim ostendit adhuc affectum ad peccatum, que ad eò sincerum propositum ad Pœnitentiâ requiritur non habet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui Usuram commisit, non posse sperare peccati sui remissionem, donec lucrum injustum domino, vel ejus Hæredibus, vel in horum defectum Pauperibus restituat, uti in cit. c. Cùm tu. definitur.

Deducitur 2. Judicem, qui pretio vel precibus seductus, aut per ignorantiam graviter culpabilem malè judicavit, prius injustitiæ suæ veniam obtenturum, quam damnum per injustam sententiâ causatum resarciat, uti communi sententia Theologi.

Deducitur 3. Omnes directè cooperantes ad damnum grave, eadem restitutionis obligatione comprehendi, in eodem Ordine, quo quisque obligatur, restitutionem faciant.

P. R. I. N.